338. S. pl. Vir Rev: et Cl. fautor pl. honorande.
Pro orationis tuæ ornatæ, et artificio quodam
atq expolitione distinctæ, rebus imprimis scitu
dignissimis refertæ exemplaribus non meo tantum
sed et D. Collegarum nomine gratias tibi ago im-
mortales. Vener. p. m. Antistes illam adhuc legi
sibi curaverat. Decessit autem 25. Sept. Magno
cum bonorum omnium luctu. Deus Ecclesiæ nostræ misere-
atur. Breslicus et alius. Etsi graviter decumbebat, tū
finem nondum putabamus instare. Deus autem
vitæ huius molestiis liberare illum placidissima
voluit morte, ut per omnem vitam placido et mansue-
to fuit ingenio. Si Scaphusium scribo, men-
tionem D. Hundii faciam. Hæc Methodus ma-
gis ipsi conducet. Vale vir Rev. datæ extremo
Sept. 1649. Tuus omni studio et cultu.
ad D. D. Tossanum c. Joh: R. St.
Basileam.

339. Sal. pl. Vir Rev. et Clar: frater plurimum colende.
De viri tanti obitu ubi scribam. Nunc præ mærore
non possum. Cui tam dura Ecclesiæ et palatinatus re-
stituendæ sors non dolet, vir bonus non est. Consistit
etiam dolore impedior quominus plura scribam.
D. M. Swebelium literas accepi et diligenter curavi.
Gratis viris optimis accedit est quasi animi decla-
ratio. Ven. noster Antistes non recte valet. Spes tñ
de brevi restitutione est. Mirior sane Ecclesiam
illum nunc Anglor locum invenisse. Indigniter fuisse
nequam oportet. Motus Gallicam nondum declaravit.
Ecclesiæ suæ Deus misereatur. Vale vir Rev.
dab. Tiguri 27. Maij 49.
Tuus omni obseq.
ad D. D. Tossan. s Joh: R. St.
Basileam